









20  
10  
*St. 84.*  
**PROGRAMMA,  
IN QVO  
DE  
VITILITATE ET NECESSITATE  
IVRIS GERMANICI**

**IN  
CAMERALIBVS**

QVAEDAM DISSERIT

RECITATIONES SVAS CAMERALES  
HIEMALES

**IN  
COLLEGIO CAROLINO  
BRVNNOVICENSI**

*La 577*  
DIVINIS AVSPICIIS INSTITVENDAS

INDICAT

**D. GEORGIVS HENRICVS ZINCKIVS,  
SERENISSIMI TERRARVM BRVNNOVICENSIVM  
AC LVNEBVRGENSIVM DVCIS  
A CONSILIIS AVLAE ET CAMERAE,**

IVRIS ET RERVM CAMERALIVM IN ACADEMIA  
IVLIA CAROLINA P. P. O.

VT ET  
**COLLEGII CAROLINI**  
CVRATOR.

---

*BRVNNSVIGAE,*  
TYPIS KEITELIANIS. *clo 10 cc XLVI.*



PROGRAMA  
VITATIUM  
MURIC GERMANIC  
CAMERALIA  
RECITALIONES SVAE CVM RAVES  
COTEGIO CAVO LINO  
BRUNNEN  
D GLORELLIS T  
SERENISSIMA TERRITORIA BRUNNENSIS  
AC VENARIAE BRUNNENSIS DAC  
AD CONSULUS ETATE ET GERMANY  
CONSTITUTUS  
COPPIA  
COLLEGEI  
LITERARUM  
BRUNNENSIS  
AC VENARIAE  
SERENISSIMA TERRITORIA BRUNNENSIS  
D GLORELLIS T  
BRUNNEN  
COTEGIO CAVO LINO  
RECITALIONES SVAE CUM RAVES  
CAMERALIA  
MURIC GERMANIC  
VITATIUM  
PROGRAMA





## Q. D. B. V.



octrinae, quae de genuinis & veris redditum pū  
blicorum ac Principum rationibus, fundamentis  
& mediis pariter ac tum de adquirendi, tum aug-  
mentandi, tum administrandi regulis nunc de-  
mum in scholis illustrioribus agunt, scientiae Ca-  
merales, aut si mauis, Cameralia a collegiis istis  
publicis, vt in vulgus notum est, dicuntur, quibus  
earum praxin & applicationem, tamquam rem maximi momenti, pru-  
denter aequa ac circumspecta demandari, Principum Germaniae an-  
tiquissima fert consuetudo. Peculiare vero & nouum sane est istud  
genus earum maxime lectionum, quae Theoreticae cognitionis omnium  
partium eruditionis studiosum nunc ad praxin & proximiorem adpli-  
cationem in negotiis, quae officia in statu ciuili publica infinita effi-  
ciunt,

A 2

ciunt, manu quodammodo laxiori & proximiori ducunt, quasque COLLEGIA PRACTICA vulgo vocare amant. Nemo enim nescit, antehac collegia haecce practica ab illis, qui se se ad munera politica praeparabant, potissimum frequentata, nihil aliud, quam applicationem iuris & quidem maxime ciuilis priuati in processu forense secundum ordinem & regulas processus tractasse, qua tum iudiciales personae varii generis, tum aduocati & procuratores indigent. Iudices igitur aduocatique plures iusto & prudenti consilio pro publica salute formabantur, ne dicam de multitudine rabularum, quos quidem propter abusum ex iisdem prodiisse scimus. Reliquae eruditionis partes earumque demonstranda proxima vtilitas & applicatio in vita ciuili variisque aliis officiis, quae publica salus anxiori quodam modo postulat, neque non homines, qui his ipsis se se dicare secum constituebant, litium vero & contentionum scrutationem ac directionem, seu quoque eorum sustentationem aliis non raro solitam nequaquam appetebant, his practicis collegiis rite adaptatis propemodum destituebantur. Et quid mirum, quod exinde non sine insigni damno reipublicae deplo-rabilis & grauissimus defectus optimorum candidatorum, quos academiæ formare debent, exsultauerit. Eorum, inquam, qui practica quadam promtitudine, præparatione & arte munera in Cameralibus ac cum his ipsis indissolubili nexu connexis oeconomiae & politiae negotiis sine formidine variorum malorum petere & suscipere possunt. Philosophiae nobilissimum studium, cui hactenus magna de pane lucrando sollicitudo etiam eamdem ob caussam erat obiecta, quia eius vtilitas & praxis in vita ciuili proxima & immediata aut lucrandi panis proficia a plurimis ignorata, nullibi vero in lectionibus eiuscmodi satis demonstrata, exinde fere ab omnibus iis, si non contemtui, at-tamen neglectui habitum est, qui de pane lucrando solummodo studere vitaeque practicae se se in politicis officiis aliquando dare putarunt.

(Non

(Non enim mihi hoc loco est cura de minima parte eorum ex erudientiis, qui mentis fuere eleuationis, vtpote quos alia quoque motiva excitant.) Praeterea totum fere hoc genus hominum, qui, hoc non obstante, eruditorum nomen sibi arrogant, de reliquis partibus eruditio-  
nis, quae eruditum decent, iuuant & ornant, parum solliciti erant, suasi, quod in praxi futura eaque aurea forensi nihil, aut saltim paucif-  
simum vtilitatis atque vsus ipsis collaturaे forent. Vsus enim atque  
vtilitas scientiarum Mathematicarum, Physicarum, Chymicarum, Ana-  
atomicarum & Theologicarum, deinde ex ambitu totius iurisprudentiae  
necessitas atque vtilitas iuris vniuersalis; ex particulari vero iuris ecclie-  
siastici tam publici, quam priuati, iuris publici ciuilis, & denique Iu-  
ris priuati Germanici hisce futuris practicantibus, vt ita loquar, in sua  
sphaera aut nulla, aut maxime exigua videbatur: Praecipue vero quia  
hoc ipsum Romanorum ius ciuale, cui in se quidem neque nitor ne-  
que vtilitas denegari potest, aut potius farrago & mixtura quaedam  
iuris Romani & Germanici patria quasi sua abegit, quia has scientias  
in processu & forensibus contentionibus nulli sibi vsui fore credide-  
runt, ius Romanum ad priuatorum lites fomentandas aptissimum ama-  
runt & in oeconomicis, politiae rebus atque negotiis eius generis aliis  
emolumentum istud permagnum iuris preeprimis Germanici ab iis  
ignorabatur. Et quaenam huius rei caussa? nisi me omnia fallunt, re-  
spondeo: quoniam de his ipsis nouis collegiis practicis, quae vtilita-  
tem & adplicationem rectam, prudentem & promtam omnium scien-  
tierum, quas supra nominaui, vberrime satis & varia in vita ciuali, vi-  
tae generibus & infinitis officiis politicis adeoque praxin demonstrant,  
altissimum in academiis quondam erat silentium.

**A**lio igitur loco a) scriptorum meorum, Collegia Cameralia iure quodammodo, Collegia Iuridico-practica & politica vniuersalia nominare non dubitaui eaque recitando succum quasi omnium harum scientiarum in sanguinem vertere proximumque usum in disciplina pariter ac exercitatione oeconomiae tum ruralis, tum urbanae, Politiae vniuersalis & particularis ac totius administrationis in Cameris Principum ostendere huc usque consultissimum duxi; utilitatem vero discentium pro viribus meis insignem expertus sum. b) Immo eo ipso dignitatem, ambitum & necessitatem non solum omnium supra dictarum scientiarum respectu rerum cameralium, sed etiam lectionum ac disciplinae in his ipsis rebus hactenus aut prorsus, neglectae, aut friuole satis & confuse tractatae, aut pro re leuisima & facillima adeoque flocci habitae, vindicare conatus sum. Et id quidem eo magis, quia hunc rerum statum in scholis pro tenuitate iudicii mei omnium Pseudo-Cameralistarum, sic dictorum, nec non eorum cum effrenata audacia non minus, quam iniquitate, seu ad minimum sine soliditate excogitatorum & propositorum consiliorum ac projectorum de augmentandis, administrandis, adhibendis aut minuendis redditibus Principum et Statuum tamquam scaturiginem agnosco.

Pseu-

a) vid. Progr. german. quod a me Lipsiae ed. s. t. Nachricht und Entwurf der Praktischen Collegiorum Iuridico-Politico-Cameralium ao. 1742. Deinde: Meine Gedanken von den Wissenschaften eines künftigen Politici und Staats-Mannes, und insonderheit denen dazu gehörigen Cameral-Wissenschaften. Lipsiae ed. 1745.

b) vid. passim meine Leipziger Sammlungen. item den Gründriß einer Einleitung zum Cameral-Wissenschaften. Et adplicationis exempla habebis multa inter articulos Lexici mei. sub Tit. Teutsches Real-Manufaktur- und Handwerks-Lexicon. 1. Theil ed. Lips. 1745.

Pseudo-Cameralistae, ut loqui amant, aut enim hostes sunt minus discreti & Monarchomachi omnis illius, quod ad diuitias Principum augendas spectat, aut Machiauellisticis principiis ducti opes auferre, sanguinem subditis exsugere & vita quasi pro augmentatione diuitiarum Principum illos priuare non dubitant, aut alia innumera, pessima & falsissima sic dicta principia cameralia, quae deriuatiua sunt, tamquam tutissima sequuntur, quae nihil nisi antiquitas, avaritia, iniustitia calida iniquitas, despotica potestas commendant c) & quae Principum animo innocentis sed genuinis principiis cameralibus, oeconomicis &, quod maximum est, Politiae destituto, veteres quondam consiliarii & officiales suppeditare & suadere propterea arbitrii sunt, quia mera cum empiria sine soliditate & studio scientiarum ad recta & vera harum rerum principia ducentium, vt et sine institutione practica in regulis propriis nullaque cum praeparatione haec negotia oeconomiae, politiae & cameralia suscepserunt. Nam haec omnia tamquam rem leuissimam & facillimam vel putarunt, vel sibi saltim, qua iuri ciuili dediti, in iis satis sapuerunt; omnia vero maiori cum auctoritate, quam ratione agere potuerunt. Vnde autem Principes alias ac melioris frugis harum rerum magistros & ministros exspectare debebant, nisi academiarum praeparatione & saluberrimis eum in finem directis & institutis, electionibus, collegiis & elaborationibus formentur? Nihilominus tamen supercilioso satis contentu haec omnia quondam negligere voluerunt, qui iustas ea de re querelas eruditissimorum ac prudentissimorum virorum d) attendere recusabant. Miserrima igitur exinde aerarii & fisci,

c) Non sine iniuria Principum ex hac ipsa ratione contumeliosum Cameris principium quasi tribuitur: In camera nulla iustitia. Quum tamen nomine Principis eius generis senatus quidam oeconomiam principis

instar exemplum priuatis datum, iuste, honeste & aequo gerere teneatur.

d) e. c. SECKENDORFFI, THOMASI, BECMANNI, KEMMERICHI, DE LVDEWIG &c.  
Exploratio

fisci, bonorum publicorum & priuatorum, Principum ac subditorum dispositio, administratio & dispensatio, plurimis in statibus resultabant, exitium vero & virium internarum neruusque rerum, tota corruptio, his ipsis non raro instabant. Si quoque caussas & rationes Politiae plurimis in statibus pernitosissimo delapsu patientis in toto suo ambitu probe perpendas, profecto inter alias eminet, quod defecerint officiales Politiae principiis genuinis & practicis bene & sufficienter imbuti. Ex eo enim deriuandum, quod quidem collegia hisce rebus potissimum in vrbibus destinata praeccellentibus Iureconsultis simpliciter talibus & practicis in iurisprudentiae contentiosae, non vero Politiae solida cognitione praeditis hactenus ornari; res vero huius generis vires saltim honestis & experientia quadam oeconomica, non vero litteris ad eam rem necessariis, qui praeparati erant, demandari potuerint.

## §. II.

Quanta igitur utilitas a contrario demum sit exspectanda rerum statu, ex his intelligitur. Sed quantum etiam detrimenti res publica ex defectu collegiorum de Rebus Cameralibus peculiarium practicorum e) acceperit, haec exigua, quae monui, docent. Laudabile &

Explosa quoque est eorum opinio, qui cum Struio in Bibliotheca philosoph. p. III. 20. impossibilitatem, doctrinas & regulas ea de re nexus scientifico docendi, fingunt.

- e) Non quidem despiciatui habeo collegia vulgaria practica, quae aduocatos & indices formant, nec nego, has ipsas personas ad caussas contentiosas & iustitiae idoneas maxime necessarias esse; rem publicam vero ad securitatem vitae haud iis in-

digere posse. Et ita sunt intelligenda, quae supra quoque de his collegiis iisdemque personis mone-re operae pretium duxi. Nam hoc saltim volo, quod haec non sola maxime necessaria ista collegia practica sint & esse queant, quae aliis innumeris officiis politicis in statu ciuili & quidem direcete ad commo-ditatem vitae ciuium facientibus futuros officiales praeparare inserui-ut. Deinde statui ciuili recte in-stituendo non tam magnam multi-tudi-

gloriosissimum igitur est institutum, dum nostro iuncte aeuo haec collegia, quae Cameralia audiunt, ex sapienti prouidentia quorumdam Celsissimorum Principum in Germaniae academiis aliquibus habentur & conuocantur. Exempla Potentissimorum Fridericorum & Gentis Borussicae & Suecicae adducere, non est huius loci. Vnicum mihi sufficiat. Posteritas enim venerabitur SPLENDIDVM HVIVS VRBIS COLLEGIVM CAROLINVM ab ipsius SERENISSIMI PATRIS PATRIAE ARCHITECTI AC MUNIFICENTISSIMI NVTRITORIS NOMINE, CLEMENTISSIMI NIMIRVM MEI PRINCIPIS ET HERI ita dictum, quod Musis & studiis litterarum, inter eas vero simul his Collegiis Cameralibus utilissimis incredibili prudentia & solertia pariter ac magnis sumtibus exstruxit, exstruit & institui Sapientissime curat. Primus etiam est HIC SERENISSIMVS & MAGNVS TERRARVM BRUNOVICENSEM AC LVNEBURGENSIVM CAROLVS, qui peculiarem his lectionibus Cameralibus in Academia Iulia Carolina sua professionem, ut loqui amant, Gloriosissime in utilitatem huius elegantissimi & necessarii studii fundauit; me vero facile sine Gratia sua indignissimum ad eam simul post alia munera ardua, quae Cameram, Politiam & supra dictum Collegium Illustrre Carolinum ipsum spectant, Clementissime vocauit. Mihi denique adhucdum in Vico Brunonis praesenti Dux ille Indulgentissimus, Deliciae populi sui, Cameralia ista practica publice in Carolino doceri atque explicari Clementissime simul mandauit. Suscipiens igitur hanc prouinciam ea, qua par est, submissione, hactenus primis fundamentis iisdemque vniuersalibus ad ductum delineationis meae scientiarum cameralium sternendis per hoc,

B

quod

tudinem eorum opus esse, qui causas iudicii defendunt ac scrutantur, cameralia vero non callent. Et haec cum Potentissimi Borussiae Regis Friderici Wilhelmi assertis coin-

cidunt, quae Gasserus in Praefatione tr. Einleitung zu den Oecon. Polit. und Cameral-Wissenschaften candida creta adnotauit.

quod ipraeterfluxit, semestre, operam nauauit. Inchoaturus vero, Deo fauente, nunc oeconomiam & Politiam specialem eamque ruralem in futuro hiemali semestri, quaedam de vtilitate & necessitate Iuris Germanici insigni in Cameralibus, inter alios concatenateos labores veluti adumbrando saltim, differere ac praefari mecum constitui.

### §. III.

Iura, quae populi Germanici ab antiquo non solum sibi ipsi sed etiam recenti tempore constituerunt propria, quatenus ab alienis ac receptis distinguenda sunt, & in complexu sumta, *Ius Germanicum* hodie vocari constat. Mores, leges, recessus, ordinationes & statuta comprehendunt. Mox consuetudinarium, mox scriptum, mox vniuersale Germanorum, mox particulare huius vel illius populi, singularis prouinciae, vnius vrbis, vici, pagi &c. exhibent. Nec addo, illud ius doctrinae gratia, vulgo vel ad statum hominum vel ad eorum res & actiones harumque directionem & discussionem referri & more ICtorum in ius personarum ac rerum, in re & ad rem, & quae sunt alia, dispesci: quamvis Germani quondam Romanorum subtilitates in his omnibus minime amauerint. Ordinis tantum cauſa moneo, quem in relatione ad Cameralia, quorum ex simili ratione oeconomiam & Politiae scientiam pariter ac doctrinam in specie de redditibus ac expensis Principum & Statuum refero, in sequentibus obseruare animus est. Oeconomia enim dupli ratione, nimirum vel in vſum hominis priuati saltim, vel in vtilitatem simul ciuitatis communem doceri potest. Quemadmodum autem rerum cameralium studiosus posteriorem scopum maxime intendit, priorem tamen simul commode satis attingit, si oeconomiam priuatorum cum politia coniunctam huiusque leges & instituta ex rationibus oeconomicis ad salutem publicam, quae in commodiori vitae, victus & quaestus ratione est posita, accommodatis deducere discit; ita pro meo & aliorum ingenio scientiam

tiam quasi fundamentalem postremae partis de redditibus & expensis agentis, hanc *Oeconomico-Politiae* doctrinam vocari huc usque consultum duxi. Duabus igitur partibus Camerale studium consistit:

- 1) *Oeconomico-Politiae* scientia tanta generali, quam speciali, tam rurali, quam urbana (die *Oeconomische Policey-Wissenschaft.*)
- 2) *Camerarium & aliorum* circa redditus Principum & Statuum negotiorum scientia, (die *Cammer- und Finanz-Wissenschaft.*)

#### §. IV.

Negotiorum oeconomicorum naturam & indolem, prudentiam, neque non directionem omnino utramque paginam in his scientiis facere scias. Ipsa vero negotia oeconomica partim oeconomiae *propria*, partim *iuridico-oeconomica* sunt & circa labores, officia & seruitia, circa res mobiles & immobiles, corporales & incorporales, quorum varia iura personalia & realia praediorum, agrorum &c. in specie vero circa pecuniam & illud bonum, quod vulgo CREDIT vocatur, versantur. In uniuersum vero haec omnia a Iure variam formam & rationem ad quaestum & iudicium minus vel magis utilem accipi, eos non fugit, qui a limine saltim Cameralia gustarunt. Exinde vero assertum generale prostat: quod sine iuris scientia, vel ad minimum tinctura quadam circumspectus & prudens oeconomus, Politiae officialis & Cameralis intelligentia perspicua & solida de negotio oeconomico commode satis & in utilitatem priuatam ac publicam Principum & Statuum instituendo & feliciter peragendo, prorsus planeque desitus, in primis vero negotia iuridico-oeconomica occurrentia nescire, aut alienis oculis non sine formidine fraudis & damni adpicere coactus sit.

#### B 2

#### §. V.

## §. V.

Quamvis autem Ius civile Romanum, quatenus tum in Germania receptum est, tum iura Germanorum propria ad eius analogiam formata, transmutata & non raro detorta sint, insignem in his omnibus studioso huius rei praebeat usum; nihilominus tamen Ius Germanicum, ob singularem necessitatem & utilitatem ad perspicienda & utiliter gerenda negotia oeconomica Politiae & Cameræ sese potissimum commendat; in studio vero Camerali similiter ac eiusdem praxi singulari ratione in succum & sanguinem vertitur & egregie adhibetur. Omnia enim ea, quae de Vsu huius iuris in genere & respectu aliarum partium Iurisprudentiae ad negotia publica & priuata in vita ciuili applicatae post SCHILTERVM & BEYERVM ab Illustri quondam HEINECIO f) & Celeberrimo ENGAV g) praedicantur, praecipue in his rebus se exserunt. Iura scilicet peregrina a Maioribus nostris tenacissimis antiqui amicis non nisi saluis suis legibus & moribus saluaque illarum analogia recepta esse, recepta vero non aliter ad nos venisse constat. Introducta igitur iura aliena quoque in Cameralibus nequaquam distincte & solide cognosci eo minus vero ad casus secundum rationem applicari posse, exinde mecum concludant peritissimi ICti. Verba enim legis scire, memoriter tenere, ac coeco clamore narrare, iurisprudentiam dicere, absurdum est praeiudicium leguleiorum. Et quomodo usum & non usum e.g. iuris Romani in Germania in subsidium tantum recepti in genere & in specie quoad negotia oeconomica & Politiae recte perspicere putent isti, qui cameralia officia subeuntes iuris Germanici imperiti sunt, quaeritur? Innumera denique occurunt negotia, quae Germanis propria fuere, immo adhucdum sunt, de quibus

f) In elegantibus suis Elementis Iuris Germanici,

g) Elementis Iuris Germanici ciuilis perspicuitate sua commendandis.

bus peregrina Iura vel nihil vel plane aliud statuunt, quae quidem ab iis olim ICTis, qui toti in iure ciuili Romano erant, misere satis ad formam & inodum huius iuris detorta, nunquam vero intellecta sunt. Sed multa praeterire silentio, breuitas huius scripti iubet, quae post D. D. citatos eruditissimus quoque ENGELBRECHT iamdudum de utilitate & necessitate studii iuris Germanici sua *commentatione* in medium protulit. Non tamen me tenere possum, quin in memoriam quoque paroemias iuris germanici vocarem, quae siml maximam partem antiquissimarum oeconomiae priuatae & publicae regularum ac positionum constituunt. h) Speciales vero obseruationes de iis doctrinis huius iuris vel adferre, quae in Cameralibus praecipue laudandae veniunt, vel recensere saltim, magis ad scopum facere videtur.

## §. VI.

Praedium rurale varii generis insigne & ex multis aliis<sup>z</sup> compositum est obiectum oeconomiae pariter specialis ac Politiae ruralis & Cameralis scientiae, si hic praecipue domania praefecturaeque considerentur. Negotia circa villas earumque seruitutes, agros, prata, pabuli, pascui & compascui districtus, hortos diuersi generis, sylvas non solum, sed etiam circa rem pecuariam, quae bestias domitas & feras respicit, simul ingrediuntur eiuscmodi totum hocce atque vnitum quasi corpus bonorum & obiectum oeconomiae specialis. Res denique metallicae & ad mineras quae pertinent, ad ruralem quidem oeconomiam similiter referas volo, sed breuibus tantum in transitu hic

B 3

moneo,

h) Post HERTIVM, SCHOTTELIVM  
& alios Clarissimos Iuris Germanici  
scriptores, Exoptatissimum Colla-  
gam Dominum D. CONRADI  
Helmstadiensis academie decus ne-

mino, qui paroemias Germanorum  
nuper in viuum Iuris Germanici ele-  
ganter collegit & disposuit in scripto  
1745. edito s. t. Grundsäze der  
teutschen Rechte in Sprichwörtern.

moneo; quod istae pariter propriis suis iuribus in Germania vtantur, sicuti cum omnibus supra dictis negotiis iura oeconomica & quidem plerumque iuxta mores & leges tam antiquas, quam recentiores patriae coniuncta sunt iisdemque diuersissimam relationem ad quaestum tribuunt. Ne dicam de operariis, seruientibus & rusticis subditis, de non fixis ac fixis, decimis, censibus, regalibusque vtilibus minoribus, quae omnia iura ad praedia praecipue Nobilia & domania sunt relata ipsisque tanquam ossibus inhaerent. Iura igitur, inquam, quae nullam rationem nisi oeconomicam vel priuatam vel publicam inter maiores non solum, sed etiam inter posteros, quae valuit valetque, sine oeconomia & Politiae scientiae intellectu vero difficultiam agnoscunt: Regulas oeconomicas, inquam, quas vicissim sine hac iuris scientia non satis perspectas habemus, superficiarie discamus necesse est. Haec amica igitur & indissolubilis combinatio, immo hic nexus satis perspicuus necessitatem & vtilitatem tum iuris Germanici, tum Cameralis genuini studii coniungendi satis superque indicant. Tantum enim abest, vt ea omnia praediorum nostrorum & aliorum negotiorum oeconomicorum ex iure Romano intelligere quis possit, quin potius Celeberrimos iuris Romani peritos hallucinari, crassissimosque errores, ineptas detorsiones ac confusiones olim in iure dicendo, consiliis dandis, negotiis gerendis aequa ac in instruendo & docendo commisissae sciamus, praecipue, si quando nihil de oeconomicis nostris intellexerint. Sed exempla quaedam specialiora cum relatione ad Cameralia ex Iure personarum, rerum & actionum Germanico veluti in catalogo nominare iuuabit.

### §. VII.

Rustici, quos libertos Germaniae rurales dixeris, multis in locis non quidem amplius adscriptitiae sunt conditionis, sed olim omnes homines proprii Germanici erant & in multis ab iis hodie differre non  
praet-

praeſumuntur. Alterius potestati ſubſunt, glebae praedioque interdum  
 adſcripti, qui cenſum ſoluendum & operas indeterminatas, praeter deter-  
 minatas (quae mutatio tamen probanda, non vero praeſumenda) praefare  
 tenentur, praedia ſua regulariter non poſſident iure optimo maxime, ſed  
 vel precario, vel conductione colonaria & viſufructuario iure, variam for-  
 matam poтиſſimum tamen vere Germanicam induente. Exinde vero po-  
 testate pro lubitu ea alienandi ſunt deſtituti. Operae eorum ſunt reales,  
 debentur in vtilitatem praedii dominici, dominum vero alium heredi-  
 tarium, alium nunc iurisdictionis ſaepē ſaepius habent. Ceterum alii  
 rusticorum ſingularibus ſeruorum Germaniae antiquae oneribus vel  
 ad minimum ſignis ſunt affecti. Iuramentum ad ſecuritionis, mulcta  
 ſtupri, ancillae illati, quae Bettelmund, Recht dicitur, quotannis, vel  
 certis in caſibus debitus cenſus frumenti, pecoris (Haupt- und Leib-  
 Hühner) pecuniae (Gülden) veſtis (das Haupt, Recht,) cenſus mobi-  
 les & promobiles, ius mortuarium (Baulübungs, Recht, Gewandfall)  
 (quod tamen, quum ad libertatem quamdam peruerent, pactis in  
 quotannem cenſum ſaepē vero & aliter mutatum inuenies) ius Cur-  
 medicum rem, quam ſibi elegit, domino hereditario tribuens & ideo  
 nequaquam ſemper feudo proximum aut pro ſigno iurisdictionis altae  
 aut superioritatis habendum, gallinas fumofas anſeresque fumofos  
 (Rauch-Hühner, Rauch-Gänſe), cenſum denique illum nomino fal-  
 tim de caſis & areis hominum propriorum domino ſuo debitum, ex  
 quo, quia dominis iſtis disciplina & ius dicendi potestas in personas &  
 res patrimoniales competebant, argumentum ad iurisdictionem patri-  
 monialem fertur. Et haec omnia ſunt Germanici iuris. Taceo innu-  
 mera alia, quae ad ea iura Germaniae de ſtu personarum in doctrina  
 oeconomica de praediis & aliis rebus cameralibus ſicut ſunt neceſſaria.  
 Conſtat enim, quod inter rusticos & homines rurales, quatenus in  
 praediorum vtilitatem aut nihil, aut pauca, aut multa debeant, alii,  
 ſed

sed paucissimi, omni quidem prorsus priuato vinculo soluti viuant; (vbi tamen de modis hoc vinculum soluendi Germanicis cura est necessaria;) alii vero plerisque oneribus seruilibus immunes existant; alii iisdem in pluribus antiquo cum nexu subsint; i) alii denique prorsus planeque homines proprios repraefentent. Omnia vero haec usus ac fructus, ut & aestimationem praediorum vel augment vel minuant, & ideo oeconomio, oeconomico administratori, Cameralique officiali ad negotia sua scitu sunt necessaria & proficia. Nemo etiam formam & constructionem usumque rectum librorum Censualium (Erb-Register, Erb-Bücher) sine his doctrinis iuris Germanici scire neque rite de iis, pariter ac de famulitii coactu (Dienst-Zwang) operarumque praestatione iudicare potest.

### §. VIII.

Si priuilegia & iura personalia agricolarum vel singulatim vel in viuierum, quatenus in pagos coeant, aut hominum ruralium in complexu sumtorum species, permultas leges & utilia instituta politiae ex iure Germanico personarum habebis; rationem vero oeconomiam ope scientiae huius facile perspicies. Tota doctrina ex iure Germanico de Scultetis, (Dorf-Schulzen, Bauermeistern,) pagis mediatis & immediatis, Heimburijs, viuione pertinentiarum prohibitaque dismembratione, priuilegiis agrorum, aratorum & instrumentorum agricultae, k) praediis desertis, opifice ex pagis exule, exclusis e pagis omnibus negotiis, quae ad vrbes proprie spectant, finibus districtus non minus, quam agrorum, (quorsum libri simul districtuum & limitum Mark- und Flur-Bücher) pertinent, porro doctrina de ordinatio-

i) conf. POTGIESSERI tr. de statu servorum & ill. BOEHMERI diff. de libertate imperfecta rusticorum in Germania.

k) vid. B. DOM. KRESSIVS de Privil. agricult:

ne & distinctione temporum locorumque semendi & pascendi, de ster-  
 coratione & emendatione omnis generis agrorum aliisque rebus ad  
 oeconomiam & politiam ruralem probe intelligendam in Cameralibus,  
 quatenus eruditam disciplinam nec vulgarem empiriam constituunt,  
 haud quaquam ignorari potest. Et quid, breuitati studendo, dicam de  
 capitibus iuris Germanici personarum ea in parte oeconomiae ac politiae  
 necessariis & utilissimis, quae vrbana negotia quaestus & lucri gra-  
 tia peragenda & promouenda explicant earumque directionem in com-  
 munem ciuitatum salutem, commoditatem, venustatem ex eorum na-  
 tura simul, ac rationem legum & institutorum Politiae vrbanae osten-  
 dent. Solide enim nequaquam hoc ipsum sine iuris Germanici peri-  
 tia fieri posse, nemo negabit. Non nescio quidem, quod in his ar-  
 gumentis, nimirum de vrbium origine & regimine, de Burgensibus  
 eorumque oneribus & contributionibus tam realibus quam personali-  
 bus f) (Schöß, Erb und Gewerb, Schöß) Burgensium speciebus, g)  
 vt & patriciis, mercatoribus, opificibus ac eruditis statuque suburbiorum,  
 emporiis, nundinis, stapulae iure, collegiis, ritibus & abusibus  
 opificum, artificibus, scholis, officinis, iure braxandi & cereuifiam  
 vendendi, iure in hoc negotio bannario Saxonici iuris, oenopolio, vr-  
 bes populosiores reddendi mediis & iuribus singularibus, quo peregrini-  
 norum priuilegia & Hagenstolziorum odiosa pertinent & aliis, quod,  
 inquam, in his omnibus Maiores iuxta analogiam quamdam cum Ro-  
 manorum moribus & iure oeconomica iura & politiae sua propria for-  
 mauerint, nec non ex iuris canonici placitis regulas & instituta quae-  
 dam varias ob cauſas medio aeuo receperint. Verum enim vero in  
 omnibus adoptatis istis vbique iura Germaniae propriasimul elucescunt  
 huius iuris perito, vt facile videat, neminem haec iura ex solis Roma-  
 norum & pontificum placitis ad indolem & circumstantias negotiorum  
 oeconomiae & politiae Germanicae, quae in vrbibus florere debent,

C

adcom-

adcommodata interpretari, pro vsu oeconomico ac politiae in vrbibus diiudicare, feliciter emendare & adplicare; haec ipfa vero negotia recte perspicere & dirigere possit. Tacitus & sicco pede praetereo, quod multa etiam inter adducta & adlegata capita, Romanis plane ignota, occurrant.

### §. IX.

Inter ea, quae Germanicae leges & mores illaeque tam antiquae quam recentiores de iure rerum earumque speciebus habent, quaeque partim fontes reddituum, partim redditus ipsi, adeoque obiecta oeconomiae maxime per iura & leges maiorum formata & propria sunt, multo eximiora dantur capita, quibus in Cameralibus eorumque solida scientia & quidem non solum quoad litigia ac processus Camerae, sed etiam quoad felicem, parcam ac fertilem administrationem recipiendorum, receptorum, expendendorum, neque non in Politia & priuata oeconomia carere non possumus. Necessitas enim hypothetica huius iuris scientiae hoc in rerum statu in Germania vbique patet. Nomina saltim scribo; nominibus vero quoque omnes conuinci puto, qui negant, & omnis iuris ac oeconomiae non sunt gnari. Non de arboribus plantandis leges Germaniae antiquas & nouas adducam, non de prohibita caesione, non de hortis ab animalium communi pastu immunitibus, non de hortorum iure ad prata & agros (*Garten- und Zaun-Recht*) translato, de pratorum claudendorum commodo tempore legibus determinato, de sylvis caeduis & pascuis, Germanorum domestica distinctione, iure limitatio agrorum eorumque districtuum, non de villis rusticis aedificiisque, nec minus de seruitutibus praediorum mere Germanicis, quorsum stercorandi (*Pferch-Recht*), fodiendi arenam, aridamque terram (*Sandgruben-Recht*, ingleichen *Dorf und Raſen zuhauen*) lapides caedendi, lignandi iura, vna cum cauponis, molendinis furnisque bannariis referto &c. mihi agendum & mentionem

eorum

eorum faciendum, nisi in catalogo. Et quid dicam de animalibus esui vel vsui inferuentibus ea occidendi & occisa deglubendi facultate, ex coriorum antiquo iure contra turbatores in infigendo cultro & adponendo curru quondam praetenso? Iura quoque columbarum agrestium, apium cicurum, (vbi ex inscitia Romanorum placita a quibusdam contra indolem oeconomiae Germanorum immiscentur. l) Ut & canes domesticos fustibus aut onerandos aut alligandos, canes vero venaticos non attingo. De anserum, gallinarum, porcis glandularum impuritate laborantibus, equorum vitiis cardinalibus m) ouiumque iure nihil dicendum. Vbiique enim oeconomus ambitum & limites, extensionem & restrictionem, vsus & fructus harum rerum haud perspicere, possibilitatem & impossibilitatem modumque vel lucrandi vel perdendi solide & cum ratione intelligere aut caute negotia oeconomica eum in finem instituere potest, nisi iuris Germanici scientiam in auxilium vel ipse vel per alios & quidem secundum oeconomicam rationem vocaret. n) Metallicam rem iam supra nominaui; hoc loco vero eadem defendo de iure monetarum, quatenus tam  $\tau\delta$  oeconomum

## C 2

Clarissimus Lic. Iunius in *Dissert.*  
de vitiis pecorum venalium vtiliora Sect. III. exhibuit, quam sub praefidio illustris Buderi Ien. 1740. habuit.

n) In rebus venatoriis iureque venandi ius Romanum aut nihil aut parum nobis in Germania adferri lucis. Tota res ad ius patrium reddit. Veritatem huius scholii ipso facto ostendit ornamentum illud Iurisprudentiae germanicae, Excellentissimus & Consultissimus Struvius in solidissimo scripto de origine Nobilitatis germanicae & praecipuis quibusdam eius Iuribus. Conferas quoque, si placet, Stiessers Forst- und Jagd-Historie der Lentschen.

l) cf. Die von mir vermehrte und verbesserte Einleitung des seel. Herrn Krieges und Dom. Nach Stiessers zur Land-Wirthschaft und Policy der Lentschen edit. 1746. pag. 235. §. XIV. in not. Et hoc ipsum scriptum vbiique vtilitatem & necessitatem Iuris Germanici in oeconomia rurali atque Politia probat, applicando ipsas leges germanicas proprias ad negotia.

m) Prostat quidem Edictum Aedilitium in Corpore iuris Romani, adeo Commentator peculiaris ad illud, nimirum Roeuenstrunck in meditat. sua ad istud. Verum aut generalia aut detorta sunt, ni dicam inadpropria. Ex Iure Germanico igitur

cum, quam politiae curam & regale*iuris* publici circa monetam tecum agitare velis. Sed omnia haec promiscue allegare sit venia, dum non solum in oeconomia priuatorum sed etiam publica h. e. in politia, vt & in camerali principiū proficua breuitatis gratia non distincte exponenda sunt. De iure dominii vero, quod argumentum in oeconomia acquirendorum atque vſu fruendorum est optimum, quaedam monenda supersunt, vt vtilitas & necessitas Iuris Germanici eo magis in aprico ponatur.

### §. X.

Dominium minus plenum maxime ad multiplicanda oeconomiae negotia & culturam terrae proficuum aliosque vſus oeconomiae & politiae aptissimum, Germani valde amauere. Formas enim & Species varias introductas a maioribus vna cum diuersis & singularibus modis illud ius acquirendi, transferendi & amittendi accepimus. Et si pauca, quae de emphyteusi D.D. iuris ciuilis Romani aliquando commendarunt aut Germanicas Species dominii minus pleni haud intelligendo cum Romanorum moribus confusas, seponere placeat, profecto sane omnia hac in re sunt Germanica, quae oeconomia ad quaeſtum & lucrum prudenter & prouite adhibere i. e. de his praxin docet. Eo ipso vero hoc iterum iterumque necessitatem & vtilitatem Iuris Germanici certissimam in ambitu rerum cameralem reddit. Feudum proprie tale, censiticum ius & vſus fructus in specie sic dictus (hoc enim vocabulum reliquas omnes Species aliquando complecti, constat) vbiique occurront & iuris Germanici sunt inuenta. De Germania fere tota *feudal* nihil hoc loco dicam. Illustris enim quondam de LVDEWIG in *feudalibus suis iureque clientelari* satis superque rem ex antiquis Germanorum moribus ac legibus propriis explicauit. *Censitica* fere omnia bona vel cum vel fine inuestitura traduntur, vbi ad censitica cum inuestitura simul laudemium; ad posterius genus vero reditus annuos (Ren-  
ten,

ten; jährliche Gülden,) referre potes. o) Ad *vsumfructum* in specie sic dictum dotalitia, nec non precaria bona pertinere, neminem fugit. Accedit, quod praedia Meieria varii generis, Mayerdingica, Landside-  
lia, praedia solidorum, praedia e manu dimissis collata (*Erb-Güter*), bona curmedica, bona conductitia hereditaria (*Erb-Pacht-Güter*) & alia *vsufructuaria* bona p) ad Germaniam pertineant. Maximam enim partem bonorum immobilium, quae possidentur, apud nos constituant, eo quod propemodum omnia iure dominii minus pleno rustici & alii praedia sua habent. Praetereundo tandem modos acquirendi naturales, de quibus tamen multis in locis Germaniae non Romanorum sed Germanorum notiones, in primis, si Symbola traditionis & possessionis con-  
sideres, praeualere scio, mixtum satis modum Iuris Romani pariter ac Germanici in *vsufructuaria*, proprium vero Germanicum in inuesti-  
tura vbique deprehendas quoque volo. De scrutitibus Germanicis ac peculiariibus in successionibus tum ab intestato, tum ex testamento, de iure pignoris &c. pro huius scripti scopo aliquid adferre supersedeo. Interim haec quotidie in cameralibus & oeconomicis & quidem ita occurrunt, ut iura Germanica sapiant & ad utilitatem quaestuariam ne-  
quaquam sine succursu huius iuris prudenter & apte adhiberi possint.

### §. XI.

Sufficient haec exempla in indice saltim exhibita, ex quorum inductione necessitatem & utilitatem Iuris Germanici in Cameralibus undique sole clariorem prostare arbitror. Supersunt quidem innu-  
mera, quae de pactis ac conuentionibus Germanicis earumque pecu-  
liaribus formis oeconomia & Camerali officiali scitu necessariis, adducere possem; supersunt demum iudicia q) eorumque peculiaris insti-


C 3

tuendi

o) Hinc utilissimum Camerae principium deriuatur ac demonstratur: Rusticum praedium semper censiticum & ad operas destinatum praefumitur. Libertas igitur hic est probanda, quae alias praefumenda.

p) Conf. supra allegat. Stisserum p. 401-442. vbi de omnibus his singularibus praediis nostris multa norauit.

q) Non est, quod multa transcribam ex SCHOTTELII notissimo libro, in quo iudi-



tuendi ratio, quae in Germania obtinet, quaeque Cameralis iuxta leges & statuta patriae maxima ex parte discere [necessum] habet, nisi tota saepe ianua, vt aiunt, velit errare. De curiis prouincialibus superioribus vero & particularibus, nec non ad exemplar eorum institutis inferioribus iudiciis ruralibus politiae maxime proficientibus, vnicum addo. Quod ad priora spectat, in medium adduco de eorum origine, constitutione & scopo antiquissimo Perillustis ac Doctissimi Domini de SECKENDORF testimonium & meditationem, qua de illis eleganter scribit r). „Notari hac occasione meretur mos priscus illius temporis. Principes nempe in aulis praeter cancellarium, quem rudioribus „saeculis primarium scribam (*den obersten Schreiber*) vocabant, & ple- „ruimque ex clero, qui tunc solus fere litteris imbutus erat, sumebant, „non nisi viros ex nobilitate prouinciae & praefectos arcium & oppi- „dorum in negotiis publicis consiliarios habuisse, ad quae hodie adhi- „beri solent, qui intimi (*die geheimen Räthe*) nominantur. Causas „vero & litigia partium in iudiciis, certo tempore constitutis, accitis „ex academiis & oppidis iuisperitis tractasse. Iudicia illa vocabantur „aulica (*Hof-Gerichte*) in loco, vbi princeps erat, & quando opus es- „set, indicta. Posteaquam vero tempore Caroli V. non solum causae „religionis, sed & aliae politiae & publicae, in dies magis arduae & „difficiles principibus occurserent: iuisperiti iam non in academiis „solum frequentius consuli coeperunt, sed & in aulas ad deliberatio- „nes aduocati constantem ibi sedem & domicilium constituerunt. Ita „factum est, vt praesentibus legum & forensium caussarum peritis siue „consiliariis litteratis (*gelehrte Räthe*) quotidie cognosci de litibus pri- „uatorum summarie quidem ab initio cooperit, aut amica conuentio- „ne finita sint iurgia, remissis ad iudicia illa ordinaria, certis anni tem- „poribus locisque constanter habenda, caussis intricationibus. Et haec „est vera iudiciorum siue curiarum, quae hodie in prouinciis Saxon- „cis singulis trimestribus ex nobilitate & ICtis conuenientibus adfesso- „ribus, & praeposito primario ex equestri ordine viro, quem iudicem „aulicum (*den Hofrichter*) vocant, celebrantur. Sed haec remotiora a Cameralibus videntur.

De inferioribus vero, quae vulgo Land-Gerichte, Rügen- oder Bro-

iudicia singularia & iura Germano-  
rum descripsit praxinque ostendit.

r) vid. Hist. Luther. L. I. §. LXXV. ad-  
dit. lit. g. p. 117.

Wrogen- it. Bruch- Gerichte vocantur, moneo, quod ea priscum & totum Germaniae institutum politiae & oeconomiae ruralis exhibeant eiusdemque imaginem repraesentent. In Saxoniae superioribus pariter ac inferioribus maxime partibus adhuc celebrantur; in Saxonia inferiori vero potissimum Cameralibus quoad Domania & praefecturas principum demandantur. In iis itaque Iuris Germanici peritia, quatenus ad oeconomiam non minus, quam politiam ruralem requiritur, fese de optima nota commendat. Ceterum tota doctrina de regalibus fisci & aliis, quibus simul impostarum & steurarum Germaniae principis regale comprehenditur, quae fontes adhuc alios reddituum Principum suppeditant, atque in hac parte cameralis scientiae oeconomicae, sed supposita indole naturaque eorum, quam ius vniuersale dicinum in genere, Germanicum autem in specie explicant, considerantur & docentur. En igitur insigne & nouum documentum de necessitate & utilitate huius iuris in cameralibus, quae vberiori ratione speciatim illustravi Part. II. delin. meae s).

### §. XII.

Haec autem omnia potissimum in usum Dn. Studiosorum, quos profecto in oculis fero, Carolini, quod heic floret, scipisse & in gratiam futurae forsitan illustrationis vberioris adumbrasse mens animusque mihi est. Praecipue tamen Generosos & Nobilissimos Collegiorum Cameralium auditores praesentes & futuros, qui Brunsvici non solum, verum & Elmipoli istis in posterum interesse consultum ducere debent, admoneo, haec omnia, quae dixi de iure Germanico non solum, sed etiam Cameralibus, vtrorumque ambitu, dignitate, necessitate atque utilitate probe perpendere velint. Deprehendo enim, quod multi de veritatibus, de quibus hic agitur, non satis conuicti & viua cognitione imbuti, aut ius Germanicum, aut cameralia iure quodammodo negligere aut spernere posse sibi persuadeant, aut ab aliis imperitis dissuafiones sibi suggeri patientur, etiamsi cum errantibus Doctoribus & aliis suarum rerum gubernatoribus facile, sed frigide satis calculum in genere adiiciant positionibus de necessitate & utilitate Cameralium & Iuris Germanici. De Cameralibus non est quod mirer. Multi enim & plurimi immo eruditissimi eo adhuc laborant praeiudicio, quod *studium Cameralium*

*uale*

<sup>s)</sup> Edita est Lipsiae ex officina Bibliopolae FUCHSII ao. 1742. & 1743.



rale homini politico ad minimum vero futuro Iureconsulto & officiali in  
 officiis politicis parum aut nihil conducat. Sed ipsi indigent notionibus  
 ea de re veris, distinctis & adaequatis: Quod autem ius Germanicum  
 attingit, non nego admirationem, quam ex eo concepi, quum carissi-  
 mos studiosos nostros, qui Iurisprudentiae & aliis politicis studiis se-  
 dicare decernunt, haec tenus in Carolino exiguum satis desiderium lectio-  
 num de Iure Patriae probasse, expertus sim. Praeter omnem igitur  
 alium usum, quem in omni solida iurisprudentia haec adfert elegantis-  
 sima scientia, huius iuris indissolubilem nexum, necessitatem & utilita-  
 tem in Cameralibus Vobis ante oculos, sed quantum licuerit, paucissi-  
 mis ponere consultum duxi. Cameralia enim praelego & in primis hoc  
*semestri de oeconomia & politia rurali hora vespertina Vta per quatuor ho-*  
*ras hebdomadis recitare* mecum constitui. Nihil praeterea addam, nisi  
 hoc: Nunquam sistatis cursum, amicissimi atque honoratissimi! in Ca-  
 meralibus & aliis; nunquam vero omittatis quoque incipendum, ma-  
 xime rogo. Nequaquam denique contemtui habeatis iuris Germanici  
 studium in his & aliis, quibus Iurisperitus & homo futuris officiis po-  
 liticis dignus neutiquam indigere potest. Spem nostram, spem Paren-  
 tum, spem tandem Patriae hac ipsa ratione, quam diligentia & mori-  
 bus vestris bene compositis excitaftis, explete liberrime, vt neque vo-  
 luntati Ter Optimi Dei, neque Beneficio & Clementissimae exspecta-  
 tioni INDVLGENTISSIMI PRINCIPIS neque vestrae saluti, neque Glorie Ca-  
 rolini nostri efflorescentis vos defuisse vnquam non sine conscientiae  
 morsibus iudicare possitis. Scrib. d. III. Non. Oct.  
 clo Io cc XLVI.







La579

s





20  
v Oct. 84.

PROGRAMMA,  
IN QVO  
DE  
VTILITATE ET NECESSITATE  
IVRIS GERMANICI  
IN  
CAMERALIBVS  
QVAEDAM DISSERIT  
AC  
RECITATIONES SVAS CAMERALES  
HIEMALES  
IN  
COLLEGIO CAROLINO  
BRVNOVICENSIS  
DIVINIS AVSPICII INSTITVENDAS  
INDICAT  
D. GEORGIVS HENRICVS ZINCKIVS,  
SERENISSIMI TERRARVM BRVNOVICENSIVM  
AC LVNEBURGENSIVM DVCIS  
A CONSILIIS AVLAE ET CAMERAE,  
IVRIS ET RERVM CAMERALIVM IN ACADEMIA  
IVLIA CAROLINA P. P. O.  
VT ET  
COLLEGII CAROLINI  
CVRATOR.

BRVNSVIGAE,  
TYPIS KEITELIANIS. c/o Icc XLVI.

FRIED  
UNIVERS.  
EVHALLE